ſeres. Abs Te iterum Epaminonda, dum è Scena prodis, q-
ro, quibus gradibus in coelum aſcenderis: quo tu modo tam no-
lis, tam celebris, tam honestus factus ſis? Profectò licet
ipſe in orco jam ſepultus jaceas: tuum tamen nos canore
tis alloquitur exemplum, Te eruditionis ſplendore e-
ſiſse inclytum. Licet enim in craſsiore aëre natus eſses
tantus tamen doctrinâ Philoſophiæ præſertim Pythago-
reæ extitisti, ut dicente Justino, mirabile videretur, unde
tam insignis militiæ ſcientia homini inter literas nato.
Sed missis his aliisque prisci Orbis excellentioribus Viris
qui haut aliâ re magis quam doctrinæ ſtudio ex mori-
quos hauſerant â doctrina, laudabiliter extitere. Re-
ciamus Gentem, cujus Conditores Romulus et Remus, non
tam rusticuli fuere, quam vulgò eos faciunt: ſi verum
est, quod Dionyſius et Plutarchus tradunt, habiti in ado-
leſcentia liberalibus ſtudiis operatos atque omni eorum li-
quore perfuſos. Et licet post aliquot ætatibus jacuerit
Roma doctrina, donec Græciâ captâ, ab hâc caperen-
tur Romani: Cato tamen Uticenſis, Vir cujus nomen re-
ctè factum defendit, quicquid fecit, ita ſtudiis Græcis
dedere coepit: ut et in ſenatu, objectâ leviter togâ, le-
geret. Quid J. Cæſar ille acer militiæ et Martis verè
pullus? Literis ſanè ipſum doctiſsimè eruditum fuiſse,
ipſius Commentarij ſatis abundè testantur. Testatur
et Plinius, quod ſolemne ipſi fuerit ſcribere ſimul,
dictare et audire. Epistolas verò maximarum rerum
quaternas pariter librariis, dictare, aut ſi nihil aliud a-
geret, ſeptenas. Suſpicite aquilam, Auditores, quo
nemo pernicior ad hoc ævi ſublime evolavit! Nec
latum tamen unquam receſsit â vestigiis Anteceſ-
ris ſui Octavianus. Eloquentiam et liberalia ſtudia, emen-
datiſsimus æque ac candidiſsimus Scriptor Suetonius ait, ab
ætate primâ cupidè ac laborioſiſsimè exercuit. Situ-